



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis

Musart, Charles

Monachii, 1654

II. Quid de hac re SS. Patres.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

*Pars prima.*

3

*tuos eterno barathro addixisti?* Hoc  
fulmen ne recidat in caput, pauen-  
dum, cauendum.

NVM: II.

*Sensus Sanctorum Patrum.*

Multa de hoc argumento S S. Pa-  
tres: acerbè Bernardus, *Misera*  
*Sacerdotum conuersatio, fit misera plebis*  
*Dominica subuersio.* Explicant id Am-  
brosius, & Chrysoftomus capitis &  
membrorum in homine; radicis &  
ramorum in arbore ductis aptè simili-  
tudinibus: vt enim mali humores à  
capite in membra, vitia à radice in  
ramos sese diffundunt: ita à Paro-  
chis in Parochianos eadem dimanant,  
& quod consequens est, grauissimæ  
offensi vindicisque numinis iræ & sup-  
plicia: hinc illæ in Ieremiâ lacry-  
mæ, *Quia stultè egerunt Pastores, & Do-*  
*minum non quasiuerunt, omnis grex meus*  
*dispersus est.* Certè (vt ceteros fileam)  
SS. Cyprianus & Gregorius grauissi-

A 2

mas

4 *Manualis Parochorum*

mas calamitates suorum temporum, ille in Africam, hic in Italiam diuinitus immittas Sacerdotum peccatis adscribunt : neq; nos inficiari possumus, Pastorum incuriâ, luxuriâ, luxu, fastu, aliisq; peccatis factum, vt pestilentissimæ hæreses magnam Europæ partem infecerint, eamq; intulerint corporum, animarumq; stragem, qualem etiamnum deflemus.

NVM: III.

*Mens Tridentini Concilij.*

**N**ihil est, aiunt grauissimi Patres Tridentinæ Synodi, nihil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicârunt : cum enim à rebus seculi in altiorum sublatis locum conspiciantur ; in eos tanquam speculum reliqui oculos conijciunt, ex eisq; sumunt, quod imitentur : quod propter decet omnes vitam, morésq; componere : vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijsq;